UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

15. De annis Ochoziæ filij Achab regis Israel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

3. Annos porro 25. regni Ioſaphat Chronologicos eſſe, atque adeo à morte Aſæ numerandos, communis auctorum ſententia declarat. Vt Euſebij, Sulpitij, Iuliani, Nicephori Conſt, Hilarionis, Chronici Alex. Vincentij, Hermanni Contr. Mariani Scoti, Adonis, Tornielli, Saliani, Petauij &c. *Regnat 25 annos Chronol.*

4. Etſi verò Ioſaphat dicatur fuiſſe 35. annorum, quando regno potitus eſt, & 25. annos regnaſſe: non licet tamen inde colligere totius vitæ illius ſpatium ſexaginta duntaxat annis circumſcriptum fuiſſe. Anni enim 35. ætatis illius referri poſſunt ad tempus aliquod, quo viuente adhuc Aſa regnum Ioſaphato eſt collatum, quod 25. annos poſt obitum parentis adminiſtrauit, vt de Salomone ſupra notaui ex ſententia S. Hieronymi, Mariani Scoti, Abulenſis. Tyronibus autem mirum videri non debet, ſi vni regi plura regnandi initia adſcribantur: id enim communis doctrina adſtruit, quam præter iſtos tres auctores iam laudatos amplectuntur Richardus de S. Victore, Lyranus, Sanctius de Ioa & Ieroboam regibus Iſrael, 4. Reg. 1. v. 17. & cap. 3. v. 1. De iiſdem, de Ioramo filio Ioſaphat, de Ioramo filio Achab, de Iechonia rege Iuda, tradit Petauius lib. 9. ca. 55. Torniellus, Salianus, &c. Imò Paludanus vult regem Aſa regnare cœpiſſe non modo, ab obitu parentis ſui Abiæ, ſed etiam ab anno vndecimo Roboami, in regni ſocietatem parente & auo ſuperſtitibus vocatum. Enimuerò cum Aſa graui ſæpe bello laceſſitus fuerit, nec miſeram vicini regni cataſtrophen ignoraret, iuſtam habuit cauſam, cum filium Ioſaphatum non modo regni ſocium adſciſceret, ſed ſubditis etiam aſſentientibus ſolium eius confirmaret. Vnde Ioſaphatus per interualla ſæpius regnaſſe merito credi poteſt. Anni verò qui eius regno adſcribuntur ab exceſſu parentis computantur: quod in alijs regibus etiam obſeruatur. *Vnde hi 25. anni profluant?*

III. REGVM. XXII. v. 52.

Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſraël in Samaria anno ſeptimo decimo Ioſaphat regis Iuda, regnauitque ſuper Iſraël duobus annis.

QVÆSTIO XV.

De annis Ochoziæ filij Achab regis Iſraël.

1. CAluiſius anno ante Chriſtum 904. vult Ochoziam, quem Ahaſiam vocat regem Iſraelis à patre deſignatum: anno ſequenti Ioramum fratrem Ochoziæ regnum Iſraelis Achabo parente mortuo adijſſe, & annis 12. adminiſtraſſe. Qua ratione licet Scriptura duos annos Ochoziæ & 22. Achabo deputet, vtriuſque tamen tempus Chronologicum 20. annis completis adſtringit. Annum enim ante Chriſtum 903. quo inchoabatur vigeſimus primus regis Achab, putat primum Iorami fratris Ochoziæ, filij Achab. *1. Opinio Sethi.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2. Paludani.

2. Paludanus tract.ſ.cap.7.concluſione ſ.aſſerit Ochoziam cum... nium ab anno 17.Ioſaphat regnaſſet, alios octo annos vita & regno p... laudatis in hanc ſententiam Hiſtoria Scholaſtica & Hugone Ca... Reg 22.ſub finem & 4.Reg.8. verſ.16. Et probat:nam Ochozias m... anno ſecundo Iorami regis Iuda, 4. Reg.1. verſ.17. Atque annus... Iorami diſtat integris octo annis à fine anni decimi octaui Ioſaphat... regnauit annos 25. E quibus ſi 18.tollantur, remanebunt anni ſeptem... annus primus Ioram Iudæi adijciendus eſt, quia anno ſecundo huius O... chozias Iſraelites.

3. Tornielli

3. Torniellus an.m 3137. ait annos duos, quibus Ochozias regn... debere incompletos accipi, & partim viuente, partim interempto p... computandos, ita tamen, vt hi duo anni Chronologiam non augean... includantur in annis 22.regni Achab, quorum poſtremus fuerit tan... tus. Nam primordia regni Achab ſtatuit an. m.3117. finem 3138. quo... bente, mortuo Ochoziæ Ioramum regem in Iſraelitide ſucceſſiſſe p... ferè tradit Salianus, niſi quod anno m. 3139. primum annum Iorami... conſignet. Cui tamen non admodum reſiſtit Torniellus, dum annum... Iorami maiori ex parte cum anno 19. Ioſaphati componit. Fauet Ab... qui vltimum annũ Achabi & ſecũdum Ochoziæ incompletos fuiſſe... tatius idẽ reipſa tenere videtur: licet enim vnum annum tribuat Och... tamen non diſtinguit ab vltimo Achabi, cui & Ochoziæ annos... Chronologicos impertit. Nam anno Periodi Iul.3797. regnum Acha... catur; anno 3818. regnum Iorami fratris Ochoziæ.

Ochozias ſuo patri ſuperſtes fuit.

4. Vt dilucidius videamus, quid hac de re ſtatui poſſit aduertend... Ochoziam parenti ſuo Achabo reuera ſuperſtitem fuiſſe, vt pleriq... monent, & docet Scriptura 3. Reg. 22. v. 40. *Dormiuit ergo Achab cum pa... & regnauit Ochozias filius eius pro eo*. Et v. 50. *Tunc ait Ochozias filius Achab... vadant ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus: & noluit Ioſaphat*. Et 4. Reg. 1. v. 1. ... *catus eſt Moab in Iſrael poſtquam mortuus eſt Achab, cecidit que Ochozias per can... culi ſui*. Ex quibus apertè conſtat Ochoziam aliquanto tempore ab obi... tis ſui Achab ſuperſtitem in regno fuiſſe.

5. Aduertendum *ſecundò*, annum 17 Ioſaphat, quo Ochozias regna... iniſſe anno vigeſimo Achabi: ſiquidem annus primus Ioſaphat incep... te anno quarto Achabi: quo fit, vt annus decimus octauus Ioſaphat, q... mus in Iſrael regnare cœpit, inierit anno 21. Achab. Vnde ſequitur O... & fratrem eius Ioramum filios Achab ad regni conſortium aſſump... adhuc parente: Achab enim annos 22. regnauit.

6. Aduertendum *tertiò*, inter mortem Achab & filij ipſius Ochoz...

eſſe geſta, quæ pluſquam annuum ſpatium exigere videantur. Mortuo enim Achabo, Ioſaphat è prælio cum Syris inito reuerſus, habitaſſe dicitur *in Ieruſalem: ruſumque egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum ſuorum conſtituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda.* 2. Paralip. 19. v. 4. & ſequentibus. Poſthæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon & cum eis de Ammonitis ad Ioſaphat vt pugnarent contra eum &c. cap. 20. v. 1. Quo bello feliciter confecto, partaque vndique pace, vt refertur verſ. 30. *iniit amicitias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael* verſ. 35. Tum hi duo reges claſſem in Ophir mittendam adornarunt v. 37. Ea claſſe in Aſiongaber diſſipata, ad aliam inſtruendam ab Ochozia inuitatus, non conſenſit. 3. Reg. 22. v. 50.

Geſta Ochoziæ mortuo Achabo.

7. Hiſce præmiſſis reor Ochoziam regem deſignatum viuo adhuc Achabo anno 17. Ioſaphat: quem ad annum referri non poteſt, quod hic verſ. 40. dicitur: *dormiuit Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo*: mortuo autem Achabo, regnauit duobus annis, quibus geſta ſunt ea, quæ iam numero ſexto recenſebam. Ochozias igitur phraſi Scripturæ vſitata bis regnaſſe dicitur; prius anno 17. Ioſaphat: deinde circa annum 20. eiuſdem, mortuo Achabo. Cum autem biennium quo regnauit Ochozias ad illud initium, quo viuo adhuc Parente rex eſt deſignatus, referri non poſſit; ab obitu Achabi computandum erit, cum Euſebio, Faſtis Siculis &c. ſicut aliàs anni regum ſacris monimentis conſignati à morte prædeceſſorum numerari ſolent.

Illius regni initium duplex.

8. Hinc patet biennio Ochoziæ Chronologiam augeri: quicquid dicat Caluiſius, eſto fortè poſterior annus non omnino expletus fuerit, vt putat Abulenſis.

9. Ratio Paludani facile ſoluetur ex ijs, quæ paulo poſt de Ioramo rege Iuda afferam: hic enim regni aut gubernacula, aut confirmationem accepit anno 21. Ioſaphati, tum anno altero Ochozias è viuis exceſſit & regnum Iſrael Ioramo fratri ſuo reliquit, nempe anno 22. Ioſaphat. Deinde Paludanus exiſtimat Ioſaphatum vno anno citius obijſſe, quam Ochoziam regem Iſrael, cuius contrarium Scriptura inſinuaſſe videtur, quando 4. Reg. 1. v. 12. Ochoziam viuendi finem feciſſe eique Ioramum ſucceſſiſſe retulit, tum cap. 2. quædam de Elia quaſi per digreſſionem recenſuit, ac tandem initio capitis 3. ad Ioram filium Achabi hiſtoriæ filum reduxit. Iorami cum Ioſaphato amicitiam ac in bello ſocietatem pertexuit. Nec eſt vlla ratio cur temporis ordinem hic interuerſum putemus, & Paludano credamus aſſerenti annos duos quos ſacra pagina Ochoziæ annumerat, annis Achabi penitus abſorberi; alios verò octo, eoſque Chronologicos, quorum ſacri codices nuſquã meminerunt eidem Ochoziæ tribuẽdos.

2. Anni illius ſunt Chronologici.

Ad rationes Paludani.

10. Di-

Obiectio.

10. Dicet quiſpiam Ioramus filius Achab regnare cœpit anno 18. I
4. Reg. 3. v. 1. Ergo iam defunctus erat Ochozias frater eius: vt patet 4. Re

Reſp.

17. Verum ex dictis liquet hanc illationem non eſſe legitimam. Ioram
rex quidem factus fuerat anno illo 18. Ioſaphat, viuo adhuc parente &
ſed ijs mortuis, regnum tenere cœpit anno 22. Ioſaphat; & hinc
anni 12. regni Ochoziæ in Iſraelitide.

IN LIBRVM IV. REGVM

CAPVT I. v. 17.

Ioram in Iſrael bis regnat.

MOrtuus eſt ergo (Ochozias filius Achab) *iuxta ſermonem Domini cutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Ioram Ioſaphat regis Iuda.* Confer hunc verſiculum, cum v. 1. cap. 3. & colliges duo regnandi initia tribui Ioramo Iſraelitæ; alterum 18. Ioſaphat quando cum fratre & patre regnauit; alterum quando mortuo, regnauit *anno ſecundo Ioram* Iudæ, qui incidebat in annum phat. *Annum* porro iſtum *ſecundum Iorami filij Ioſaphat*, non poſſe ab phat computari, ex dictis conſtat: Ioſaphat enim cum Ioramo rege Ochoziæ mortem principatum gerentis non modo vixit, ſed viribus cum eodem in Moabitas arma ſumpſit, vt latè refertur. 4. Reg

---

IV. REGVM III. v. 1.

Mortuo fratre 12. annos.

IOram vero filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Samaria anno decimoocta *regis Iuda, regnauitque duodecim annis.* Hi duodecim anni non accen tempore, quo cum fratre anno 18. Ioſaphat regnare cœperat: ſed pro fratre iam vita functo habenas regni moderandas ſolus accepi Abulenſis 4. Reg. 9. q. 30. Euſebius, Faſti Siculi, Marianus Scotus, Salianus, Petauius. Richardus de S. Victore putat hunc Ioramum vnum annum, poſt fratres vndecim regnaſſe. Aliqua exemplaria ginta Interpretum 4. Reg. 1. poſt v. 17. aiunt hunc Ioramum anno 21, Ioſaphati, qui ſi pro exeunte ſumatur optimè meis rationibus congruet.

* *
*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN